



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Fundatio Monasterij B. Mariae Virg. in Rhor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

## Fundatio Monasterij B. MARIAE Virg. in Rhor.

**N**otum sit vniuersis quod Dominus *Adalbertus*, Vir Liber, Nobilis, & Illustris dictus de *Ror*, qui dedit cuncta, quae de patrimonio suo habuit ad manus Reuerendissimi Patris ac Domini, Domini *Hainrici Ratisbonensis* Episcopi super altare S. Petri Apostoli in *Ratisbona*, astante Clero, & populo tali conditione, ut in *Ror* Canonici Regulares secundum Regulam B. *Augustini* Episcopi ordinarentur, quibus necessaria de praedictis rebus ministrarentur communiter. Et ipse *Adalbertus* pauper Christi factus, statim communem ibidem aggressus est; praefatus etiam Dominus Episcopus, *Brunonem* virum Religiosum eidem loco praefecit; & ipsum Monasterium propria persona dedicavit in honore *Mariae semper Virginis*: Anno Domini M. C. XXXIII. 6. Octob. Noluit etiam Monasterium habere Aduocatum,

## Confirmatio Monasterij.

**M**onasterium confirmarunt Sanctissimi Domini, D. *Innocentius* Papa 2. Dominus *Eugenius* Papa 3. Dominus *Innocentius* Papa 4. Dominus *Martinus* Papa huius nominis 5.

Item.

Augustissimi Domini. Diui Imperatores. Dominus *Fridericus* primus. Dominus *Fridericus* secundus, Dominus *Rudolphus* primus, Romanorum Rex.

## Nomina Praepositorum.

Anno

- I. *Bruno* 1133.
- II. *Bernhardus*. 1138.
- III. *Herbordus*.
- IV. *Wolfrannus*. De his certus annus non constat.
- V. *Ludouicus*.
- VI. *Hugo*. 1209.
- VII. *Gothfridus*. 1248.
- VIII. *Hainricus* dictus de *Allenzhausen*. 1253.
- IX. *Walterus*. 1254.
- X. *Conradus*. 1256.
- XI. *Rimarus*. 1287.
- XII. *Hiltbrandus*. 1300.
- XIII. *Hermannus*. 1314.
- XIV. *Berengerus* dictus *Perckhausen*. 1336.
- XV. *Ulicus* dictus *Randecker*. 1339.
- XVI. *Nicolaus*. 1346.
- XVII. *Conradus*, dictus *Vaher*. 1367.
- XVIII. *Conradus*, dictus *Regldorffer*. 1405.
- XIX. *Bercholdus*, dictus *Regldorffer*. 1414.
- XX. *Conradus*, etiam dictus *Regldorffer*; *Hicrexit*. 2. annis tantum; & depositus est. 1424.
- XXI. *Ulicus*, dictus *Plumberger*. 1426.
- XXII. *Conradus* praedictus *Regldorffer* iterum restitutus. 1430.
- XXIII. *Petrus Fries*, aliás Monasterij *Wendenstorphenis* professus. 1438.
- XXIV. *Ioannes* dictus *Peininger*. 1455.
- Metrop. Salisb. Tom. III. y 33 XXV. *Wolf*